ENGELBERTUS ADMONTENSIS. IACOBUS DE FUSIGNANO
14. bis 15. Jh. Seite 29v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26416
Copyright: Admont, Benediktinerstift



incarnacionem triplicem
pacem. i° quia coniunxit
summe distantia s. dei
tatem et humanitatem
ut idem esset deus et homo
in una xpi persona
que duo a se summe
distabant secundum illud ysa
lvi° Sicut exaltati sunt
celi a terra. ita exal
tate sunt vie mee
a viis vestris etc. Nunc
autem facta est summa
pax et unio inter
deum et hominem. quia
deus et homo unus
est xpus. ii° quia
in una persona concor
dauit et coniunxit sum
me contraria videlicet ut eadem
esset mater et virgo
s. mater fecunditate
virgo integritate corporis
et anime Jeremie xxxi°
Creauit dominus nouum
super terram femina
circumdabit virum. s.
non magnitudine sed
perfectione corporis subito

factum in utero virginis
iii° quia in una et
eadem causa hominis
iusticia et misericordia
utrobique salua et
pacificata satis
fecit deus pro homine
Iudex pro reo aduo
catus pro clientulo.
quia fuit miser et rarus
secundum illud ysa xxviii° Alie
num est opus eius
ab illo ut operetur
ipsum peregrinum est
opus et iusticia eius
ab eo etc. Sed quia
iusticia et pax os
culate sunt ad inui
cem. osculo eterne
pacis et concordie
ex eo et in eo. quod
veritas de terra orta
est et iusticia de
cele prospexit ¶ Secundo
insinuatur eterna ge
neratio xpi de patre
cum dicitur Tu ante secula
nate quia sic dicit

Tu ante secula nate